

112. Instrumentum transumptationis

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

112. Instrumentum transumptionis

1418-03-09

(c. 288r) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate eius millesimo quadringentesimo ottavo decimo, regnante serenissima domina nostra domina Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Comanie, Lodomerie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quarto feliciter amen, die nono mensis martii, undecime inditionis, apud civitatem Marsici.

Nos notarius Antonius de Marta ipsius civitatis Marsici annalis iudex, Nicolaus de Ianuardo de preditta civitate Marsici puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia autoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter rogati et vocati, presenti scripto puplico instrumento declarantes fatemur, notumfacimus et testamur quod preditto die dum vocati, rogati et coadunati essemus ante ecclesiam Sante Marie de Plano de ditta civitate Marsici, ad petitionis instantiam honesti viri domni Angeli Rotundi, archipresbiteri ecclesie Sante Trinitatis de Potentia ad «certa» infrascripta ins(tan)tia idem archipresbiter asseruit coram nobis quibus supra sua interesse, pro suis et ditte ecclesie Sante Trinitatis commoditatibus obtinendis, ditta infrascripta instrumenta transumptare, igitur instanter et instantissime petiit nostrum super hoc predittorum iudicis et notarii officium // (c. 288v) inplorando, ut per nos instrumenta preditta intuerentur et respicerentur ipsisque inspettis rescriberentur, transumptarentur et in presentem publicam formam redigerentur de verbo ad verbum, velut facere videbuntur. Que idem prenominatus archipresbiter presentialiter et in promptu coram nobis et subscriptis testibus presentavit scripta quidem in

cartis membranis, que instrumenta viddimus, legimus et diligenter inspeximus <et> non invenimus in aliqua eorum parte suspecta vel vitiata, sed prorsus omni vitio et suspitione carentia, sed penitus existentia in pristina eorum forma, omni carente vitio sive fraude; cumque ipsius archipresbiteri suas porrettas preces intuentes et cognovimus fore iustas, preditta instrumenta transcripsimus, transumptavimus et in presentem publicam formam duximus et decrevimus transumptari ut robur exinde fidei inposterum et ubicumque prefato archipresbitero vel alteri pro parte ditte ecclesie presentium ostensori valeat adhiberi, nihil in ipsis vel de ipsis addito vel mutato vel aliquatenus subtrattum dumtaxat, sed de verbo ad verbum ut est dittum transumptavimus in hac forma; quorum quidem instrumentorum series ac tenor per omnia talis est: (si veda doc. n. 38); tenor alterius instrumenti talis est: (si veda doc. n. 40). In cuius rei testimonium et tam ad certitudinem quorum interest ad presens et in posterum poterit interesse, quam ad prefati archipresbiteri vel alterius pro parte ditte ecclesie Sante Trinitatis efficacem cautelam et securitatem, de transumpatione dittorum instrumentorum presens transumptationis instrumentum publicum exinde fattum est per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, nostrum qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus et sub/signationibus roboratum.

1

2

Così S per instrumenta

Così S per cuiusque

Quod autem in quatragesimo sexto virgulo ubi crucesignati <sic> est, obmissa sunt subscripta verba videlicet «filius quondam Manfredi de Lacupensili limite mediante et ab alia parte silicet inferiori tenent iam ditti abbas Franciscus et Nicolaus» // (c. 293v) et per me predittum notarium Nicolaum Ianuardum hic inferius addita sunt et emendata, non noceat, non viciat quia non vitio accidit, sed errore et ego idem notarius emendavi, anno, die, loco, mense et inditione predittis. (SN) † Ego notarius Antonius de Marta qui supra annalis iudex Marsici † Ego Masellus Capanus testis sum † Ego notarius Nicolaus de Michaele testis sum † Ego notarius Nicolaus Fulganus testis sum † Ego notarius Angelus de Michaele testis sum

3